# Florentissimæ Reipublicæ Brugensis Elogium.

Millies felix generosa Bruga!
Necte iam claro capiti coronas.
omne pascentem decus, et pyropis
Dulce ridentem: nec enim vel alta
Memphis, aut Didus Cecropisve sedes
Notior Bruga est, date serta, sceptra
Ferte Reginæ Cybeleia turba:
Iam per Eoum, Boream et Austrum
claret, et nota est super Herculanas
Bruga columnas.
Bruga sanctorū genitrix Catonū,
Christiana Sparta, magistra morū,
Docta, iusta, casta benigna Bruga.
Fascium coeli, metuensque virgæ
Consiliis summæ, cui propius ala
Fulminis diri tonitrusque rauci
Magna vox servit: tremis hunc timesque